immane, truculentum, asperum inuitq præsagit a-
nimq, quoties vos o filij ò dulces animæ, quoties
intueor, redeunt remitar licèt, redeunt tamen,
lacrymarum riui, aut quia prò vobis quos ge-
mere ætas calamitatis ignara prohibet, aut
quia pronunciant hæ pluuiæ aliquam nouam
tonantis fati tempestatem, Vereor enim ne
postquam quod in me feriant Cœlites non in-
uenient in vos conuertant iras nimirum vt
etiam noster animq pœnarum in vris suppli-
cijs non sit expers, quidquid id est Vereor geni-
toris nomen, Vereor et filiorum nomen, timeo
ne hoc fulmine ad penitq laniandum Sedeciam
vtantur fata. Si itaq; ò Imperator licet vl-
terig in innocentem furere, Vos uos ò Cœlites
obtestor (facile est quod petimus, mortem roga-
mus) uos quidquid colligit inimica Regis ca-
ptiui fortuna id omne in me ruat, caput immo-
tum vt Regem decet præbebo, Subducantur
Solùm, ecquid dubitatis? Subducantur inno-
centes, Scelus luere non debet qui non fecit
reg pœnas non rei affines dant, inultum est